

primus est figuratus, quem tamen eucharistia pœ-
lit, per oblatione & Melchisedec figurata. Est autē
eucharistia instituta a Christo in ultima cœna post
esum agni pœchalis, quādo Christus præsentiā sui
corporale uisibilem discipulis erat subtracturus, ve
sic memorie discipulorum actius insingeretur, quo
& ueteris legis sacramenta terminabāntur. Et hoc
sub certa uerborum forma, ad quam fiat cōuersio
panis, & uini in substantiam corporis, & sanguinis
sui. Cætera uero, q̄ in missa dicunt, ad laudes Dei
pertinent, & orationes. Est autē post cœnā institutū
sit hoc sacram, ut tñ a ieiuniis sumatur, ob sui reue-
rentiā rationabiliter ab ecclesia est ordinatum. In
quo quidem sacramento tria est considerare, scilicet
sacramentum tantum, quod est species panis, &
uini: sacramentum, & rem, quod est corpus Christi
uerum: & rem tantum, quod est mysticum corpus
eiusdem domini Iesu Christi.

*Consultit hinc abiens præcepta salubria Christi,
Cor poris insitruens mystica sacra sui.*

DISTINCT. IX. QVAE INCIPIT,
Et sicut duæ sunt res, &c. Epi.

¶ Duplex est huius sacramenti manducandi mo-
dus sacramentaliter scilicet, & spiritaliter, duplici
rei ipsius correspondens, scilicet corpori ipsius my-
stico, & uero, de quibus distinctione præcedenti. Su-
mis nāq; corpus domini in hoc sacramento uerē,
& realiter a bonis, & malis, sed a malis sacramenta-
liter tantum, a bonis sacramentaliter simul, & spiri-
tualiter, quorum primus consistit in susceptione
ipsius sub uisibili sacramento, alter uero in unione
ad ipsum sub sacramento contentum. Secundum
quos manducandi modos distinguenda sunt quæ-
dam doctorum uerba, qui alioqui ambigē loqui
uidentur, & contrariē.

*Corpus idem cunctos aque sibi sumere Christi,
Nancisci fructus haud tamen inde pares.*

DISTINCT. X. QVAE INCIPIT,
Sunt item alij, &c. Epi.

¶ Insana est, & execranda hæresis, qua quidam in-
xtra sui obfusitatem in sacramento altaris dicunt ue-
rum Christi corpus realiter non contineri, sed tan-
tum representatiuē, frustra innitentes ei, quod do-
minus dicit Spiritus est qui uiuificat, caro non pro-
dest quicquam. Et pauperes semper habebitis, me
autē nō semp habebitis, &c. Quorū primo dicit cor-
pus suū nō dicerptū per partes comedendū, altero
autē nō uisibiliter sumēdū. Hi autē nō aduertūt alia,
quæ dūs de huius ueritate sacramenti dicit. Caro
mea uerē est cibus, & hoc est corpus meum &c. Ve-
rē igitur, & realiter corpus eius uerum in sacramē-
to continetur, inuisibiliter tamen, & sub speciebus
panis, & uini occultatum. Et qui auctōr est muneris
iple est testis ueritatis. Quod multis exemplis, & au-
thoritatibus in textu ostenditur.

*Sub specie panis sanctissima membra reguntur,
Et mutata sacro uina cruore madent.*

DISTINCT. XI. QVAE INCIPIT,
Si autem queritur &c. Epi.

Cōuersio panis in corpus Christi, & uini in san-
guinem eius, non est formalis remanentibus præxi-
stentibus accidentibus, scilicet sapore, pōdere, figu-
ra, & colore, sed potius substantialis a quibusdā dī-

ferentibus, eo q̄ substantia panis, & uini
in corpus, & sanguine Christi cōuertuntur: nec tñ
hoc fit per nouam corporis formationē, uel præxi-
stentis augmentū, quā uitas manet, nec panis se ha-
bet, ut materia respectu corporis eius, sic q̄ sub ac-
cidentibus, sub quibus prius fuit substantia panis,
transubstantiatione facta, est corpus Christi, quod tñ
illis accidentibus nō afficit, nec panis annihilat,
sed (ut dictū est) in corpus Christi cōuertitur. Oc-
cultant autē idē corpus, & sanguis sub aliena specie
tū ad uitādū horrore lumentū, tū irrisionē infide-
lium, tum et ob fidei meritum, quæ scilicet est de
his, quæ nō uident. Sub duplici & specie conficitur
ut filiū Dei corpus, & animā assumpsisse significet,
& utrunque in nobis ipse tueatur. Qd nec uinitatē
ipsius tollit, quia sub utraq; specie totū sumit. Neq;
uero de aliis substantijs, quā panis, & uini confici
debet, aut pōt. Cui tñ uino aqua miscēda ē, ad unio-
nē populi cū capite Christo significādū. Et qd dī-
scipulis Christus mortale, & passibile adhuc cor-
pus tradidit. Nos autē tale, quale mō est accipim⁹,
& nec iunctū ī sanguinē, sed secū populo tradi dēt.
*Mirificus sermo panem demutat in artus,
Audeat ut Christi sumere corpus homo,*

DISTINCT. XII. QVAE INCIPIT.
Si autem queritur de accidentibus, &c. Epi.

¶ Accidentia panis, & uini in sacramento post dī-
secrationē remanentia, non sunt in corpore Chri-
sti quod uerē eiusdem non est affectū: nec sunt in pane,
& uino, quæ tunc nec extāt, sed stant sine subiecto,
ea potentia sustentate diuina, remanent autē ad my-
sterij ritū, & fidei suffragiū, ac oris gustum. De fra-
ctione autē (falsis refutatis opinionibus) dicendū, q̄
uera est fractio in sacro, nō qd in corpore Chri-
sti, q̄ impassibile est, sed in accidentibus manētibus ad si-
gnificandū diuersum statū corporis ipsius ueri, scz
in mūdo, in sepulchro, & celo: atq; ad significādū
corporis ipsius mystici partes, quarū aliqua in bea-
titudine cū eo regnat, alia in mundo ambulat, alia
autē in sepulchro, quiescit. Est autē totus Christus in
singulis partibus fractionis, quotiescūq; fractio fiat
ex eodē fundamēto. Deniq; hoc, q̄ quotidie facit sa-
cerdos, & sacrificiū, & immolatio proprie dici pōt.
Est enim signum memoriale, & figura immolatiōis
per nobis lemē facta, Hinc & quotidie sumitur in
charitatis augmentū, & medicinam peccatorum.

*Subiecto, quod inesse solet, se permanet ipso,
Subiectoque datas gliscit habere uices.*

DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,
Solet etiam queri, &c. Epi.

¶ Sacerdos quilibet et paruus in moribus, in uni-
tate ecclesie existens, eucharistia sacramentū cōfi-
cere potest, malitia sua personali non obstante. Nō
enim in merito consecratus, sed in uerbo efficit cre-
atoris, cuius uirtus sub regumēto uisibiliū rerū sa-
lutem secretius operat. At iuxta Magistri sententiā
hæreticus ab ecclesia præcitus sacerdos, conficere
nō pōt, eo q̄ oblatio illa fit ex psona ecclesie, a qua
ille diuisus est &c. Secūdū alios autē consecrare po-
test hæreticus, sicut & errās in fide, (quod ultimum
& ipse Magister cōcedit) si sacerdos, seruata for-
ma, & intendēs facere, quod & alij faciunt, uel eccle-
sia facit. Dicit etiam Magister, a brutis animalibus
corpus Christi nō luminē, etiam si sumere uideat,
ad